

tis beneficio licebit, à materię crassamē-
 to, nobiliorem remedij portionem ven-
 dicare: qualitatibus eius vel noxijs, vel
 aduersis detractis, quæ reliquæ fuerint,
 in libertatem vtilis operationis affere-
 re, cur retentis inutilibus, alia miscebi-
 mus, quæ, vel non plenè efficient, quod
 opus erit: vel certè vtilibus quoque fa-
 cultatibus incōmodabunt? Ridiculum
 nimirum est, retentis inutilibus, quæ ta-
 men separare possis, alia miscere, quæ
 molem remedij augeant, genuinas il-
 lius vires labefactent. Hippocrates igi-
 tur remedia, quæ purgandi siccandi-
 que potestate valerent, ita accipere ius-
 sit, vt si quando siccandum esset, succis
 amotis, sola carne: sin purgandum a-
 mota carne succis vteremur. Iam cūm
 succus quilibet, de quo prius, diuersa-
 rum sit partiū, an' non fatius erit, re hor-
 tante eum solū elicuisse, qui scopo præ-
 fixo eximiè respondeat? Assseuerat Ga-
 lenus, medicamentosis succis eos esse
 pmixtos, qui tales nō sint. Euenire pro-
 pterea, vt quando ex voto non successit
 purgatio, noxā imprimāt viscerib. An'
 nō ergo sic denudāda inutilib. facultati-

2. de Dieta
 num. 240.

2. simpl. 26.

L 2 bus,